

liere gran croce del prefato Ordine, Capo del Magistrato della Riforma degli Studj nelle Regie Università di Torino, e di Genova, e dell' Ill.^{mo} Sig.^r Conte e Cavaliere Don Alfonso Castellani Tettoni Intendente Generale per S. M. in questo Ducato di Genova, essendovi pure presenti (oltre i nominati nel corpo dell' atto) gl' Ill.^{mi} Sig.^r Carlo Doria, Filippo Raggio e Marco Lomellino, Decurioni di questa Ill.^{ma} Città, e parecchi altri individui delle Famiglie nobili della medesima.

Di quale atto se ne formarono cinque originali firmati dalla prefata Sua Ecc.^a il Sig.^r Barone Des Geneis, dal Sig.^r Canonico Giustiniani Vicario Generale, dal Sig. Sindaco Pallavicini e dal Sig.^r Lagomarsino, uno dei quali originali da rassegnarsi a S. M., altro da ritenersi presso il Governo Generale del Ducato, un terzo nell' Archivio arcivescovile, altro nell' Archivio di questa Ill.^{ma} Città di Genova, ed il quinto finalmente nell' Archivio del R.^{mo} Capitolo della Cattedrale di S. Lorenzo.

A. DES GENEYS.

G. C. GIUSTINIANI *Vic.^o G.^{rc}*

March.^c PALLAVICINI.

STEFANO LAGOMARSINO.

GIUS.^r CASTAGNOLA *Canc.^e Arciv.^{rc}*

EPISTOLA DI A. ASTESANO A CARLO VII,
RE DI FRANCIA,
DI CONGRATULAZIONE PER L' ACQUISTO DI GENOVA.

Nell' occuparmi del poeta e cronista Antonio Astesano, mi occorse più di una volta di ricorrere al quanto dotto altrettanto gentile signor Magnien, bibliotecario, conservatore del medagliere e delle antichità della città di Grenoble. E quando, in ultimo, lo richiesi di alcune informazioni sul' epistola dell' Astesano a Carlo VII, per l' acquisto di Genova, compimento, che manca nelle copie del manoscritto di Grenoble esistenti a Torino, egli volle avere la generosa cortesia di farmene, di sua mano, una copia. L' epistola dell' umanista d' Asti non ha, letterariamente, miglior pregio delle altre sue opere, ma come documento storico può essere di qualche valore. Mi parve perciò che potesse stare con le altre epistole

di lui, ad illustri personaggi genovesi, da me pubblicate nel *Giornale Ligustico*. Il merito però, di farla conoscere ai cultori della nostra storia, spetta intiero al chiarissimo signor Magnien: io sono solamente lieto di potergli attestare pubblicamente i sensi dell'animo grato per la squisita cortesia di cui egli mi fu largo.

P. VAYRA.

Ad serenissimum et christianissimum Francorum regem Karolum septimum Antonii Astesani, civis astensis, Maiestatis sue secretarii, Epistola de acquisitione Genue congratulatoria incipit.

Non possem paucis, Rex invictissime, verbis:
 Nec possem minus commemorare meis:
 Quanta meum nuper subierunt gaudia pecus.
 Dum Maiestatis Genua facta tue est,
 Venit ad optatum clarissima Genua Regem,
 Quod nutu summi credo fuisse Dei.
 Nam licet hac in re fuerint contraria longo
 Tempore, et inceptis multa inimica tuis,
 Res est facta tamen divino numine tandem,
 Et navis portum contigit ista suum.
 Invitis multis prohibere volentibus istud,
 Cura quibus publice non erat ulla rei.
 Qui licet hac essent cives ex urbe potentes,
 Sed mandarat eos livor in exilium.
 Non tamen optabant, veluti suadebat honestas,
 Et decus et patrie commoda ferre sue,
 Sed solum quod fert sua depravata voluntas.
 Quo suus urget eos impetus ire volunt,
 Et quod deterius quam tanta potentia rerum,
 Quum tantus populi non favor esset eis
 Ut sua ad optatum possent perducere finem
 Vota: et concives suppeditare suos,
 Protinus auxilium petierunt atque favorem
 Armatasque rates Regis Aragonii,
 Sperantes eius sese mediante favore
 Atque armis, ceptum rumpere posse tuum.

Quod sibi promisit Rex is, non motus amore
Ipsorum, quorum parvula cura sibi est:
Sed prohibere volens, ne transferretur in istas
Genua terra potens classe virisque manus,
Neve augeretur tantum alta potentia gentis
Gallorum, ut statui posset obesse suo.
Non ignorat enim quod Regis iura Renati
Regnum Parthonopes Scicilieque tenet,
Quod consanguineus, quodque est Rex ipse Renatus
Affinis magno iunctus amore tibi.
Idcirco metuit, ne si tibi Genua subsit
Classe hostis vires augeat illa sui.
Precipue si sit Genuensi rector in urbe
Pro te Dux Calabrum, sensit ut ille fore
Quocirca auxilium belli promisit eisdem
Exulibus classis ductor Aragonie.
At Deus assuetus iustas defendere partes,
Nec non inceptis semper obesse malis,
Providit quod ei publicum fuit utile visum.
Quod petiit populi portio maior eum,
Nam cum Dux Calabrum generatus Rege Renato,
Cui per te fuerat tradita cura rei.
Et non immerito, quum sit cautissimus heros,
Magnanimus, lingua magnus et ingenio,
Cuncta in Massilie portu opportuna parasset,
Et staret iussu classis itura suo,
Solum expectabat zephiros ad vela secundos
Mitti per summi numina sancta Dei.
Parte tuis alia cupiens obsistere ceptis:
Inque alia Genuam ponere posse manus.
Gens inimica tibi pariter iam classe parata
In portu hostili tempus in illud erat:
Expectans Euros velis spirare secudos,
Ut Genuam celeri posset adire rate.
Rumor erat quodque prior illam classis ad urbem
Tenderet, et Cereris munera ferret eo,
Imperium tante leviter supponeret urbis
Cogeret et cives subdere colla iugo:
Quum tunc frumenti tanta illic esset egestas.

Ut referant multos interiisse fame.
 Nullum autem fallit quod ad omnia cogit egestas,
 Et nullam legem fertur habere fames.
 Tum clare patuit cui numina sancta faverent,
 Cuius causa foret iustior et melior.
 Expectatus enim zephyrus prior extulit alas,
 Impulit et Calabri vela parata ducis.
 Impulit hec adeo ut quamvis intrare Sagone
 Portum predictus constituisset herus,
 Hunc intrare tamen vento prohibente nequiret,
 Sed versus Genuam vi celaret iter.
 Massilia Genuam paucis advecta diebus
 Intravit portum classis amica suum.
 Dein, quum nona dies maii iam mensis adesset,
 Ac sol occiduis proximus esset aquis,
 Iocundo vultu leta quoque mente recepit
 Illustrem Calabrum Genua clara Ducem,
 Huicque tuo raptum sub nomine contulit urbem,
 Et Maiestati, Rex animose, tue.
 Ipseque Fregosa, Petrinus stirpe creatus,
 Qui Dux urbis erat, fortia castra tenens,
 Omne Duci Calabrum castellum tradidit ultro,
 Sic Maiestati sunt data cuncta tue.
 Nec mora: per cunctos cerealia munera cives,
 Dux Calabrum spargens pellit ab urbe famem:
 Namque suis multum frumenti providus heros
 Atque futura videns, navibus attulerat.
 Dicitur a populo celorum gratia Regi
 Ac Maiestati, Rex generose, tue.
 Atque Duci Calabrum: qui sustinuisse labores
 Fertur: ut in portum tenderet ista ratis.
 Quorum opera est depulsa fames a paupere plebe,
 Que cogebatur morte perire gravi.
 Ipse quoque ingentes nequeo non dicere grates
 Celorum Regi, celicolisque suis.
 Ad quos iampridem multas e pectore voces,
 Ut tibi pareret Genua sepe dedi.
 Quod novisse satis potuisti ex versibus illis,
 Quos alias misi, Rex animose, tibi.

Et sum numinibus tandem exauditus ab ipsis:
 Cum subiecta tibi Genua pulchra fuit.
 Post vero paucis quam sunt hec acta diebus,
 Quum restaurata Genua tota foret,
 Villamarinus init pelagi genuensis in undas
 Ductor Aragonie classis et arma movet;
 Cum quo proscripti sunt cives bella iuvantes:
 De quibus est nuper mentio facta michi;
 Arma movet sperans Genuensem subdere gentem.
 Sed spe falletur, sicut opinor, ea.
 Dum collecta seges it tardus messor ad agrum.
 Uvis collectis grando nocere nequit.
 Villamarine, tuas redeas exhortor ad oras,
 Et classi queras altera lucra tue.
 Nam licet egregius classis sis ductor et audax,
 Feceris et forti grandia facta manu:
 Hic tamen, ut video, mandabis semen harene,
 Et perdes operam littus arando tuam.
 Crede michi, quanto fiet mora longior abs te
 Hic tanto maius dedecus inde feres.
 Dum potes hinc salvo cedas exhortor honore,
 Et repetas patriam, Villamarine, tuam.
 Quandoquidem cernis que in hac re rector Olympi
 Gallorum Regem sustinet atque suos.
 At vos exilium, qui vestra sponte subistis,
 Cives, Fregosa predominante domo,
 Nunc, postquam iusto subiecta est Genua Regi
 Francorum, vestras quisque redite domos.
 Quisque potest tali sub principe vivere tutus,
 Vivere quisque sua tutus in urbe potest.
 Hic Rex non partem sed cives diligit omnes;
 Est carus Regi quisque fidelis ei.
 Quicquid preterito fecistis tempore parcit,
 Venturo fidi tempore sitis ei.
 His missis ad te vertam, Rex inclite, verba:
 Ut Maiestati gratuler ipse tue.
 Gratulor ergo tibi: michi gaudeo, maxime princeps,
 Quod subsit sceptro Genua clara tuo,
 Quod tua per Latias extendere lilia terras

Incipiant flores ramiculosque suos.
 Quos precor hic tanta radice aliquando teneri,
 Quantam habuit magnus Karolus ille tuus.
 Qui quamvis Rome foret induperator (*sic*), eodem
 Iuditio tamen es non minor ipse meo.
 Nec minus insigni tollendus laude videris,
 Si tua gesta mea mente voluto. Vale:
 Atque inter curas interque negocia factis
 Plurima, versiculis supplico parce meis.
 Quos etsi variis distringerer undique curis,
 Me mandare tamen compulit acer amor
 Quo sum iampridem tibi summe affectus et erga
 Felix Imperium, Rex animose, tuum.

Ex urbe Astensi die XXIIJ Maij. Anno Christi Millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo.

STUDENTI E MALE FEMMINE IN TORINO NEL SECOLO XV.

Il signor Giulio Rezasco, in quel suo egregio studio intorno al *Segno delle meretrici* inserito nel *Giornale Ligustico*, anno XVII, fasc. V-VI, ricorda (p. 177) come Amedeo VIII Duca di Savoia decretasse « che le femmine traviate si caricassero di un' altissima cuffia o altra sfoggiata copertura di testa, armata di due corna lunghe mezzo piede », ma non dà altre notizie intorno alle male femmine in Piemonte, alla loro condizione, ai casi loro. Ricerche fatte nell' Archivio Comunale di Torino mi permettono di supplire a quella lacuna per ciò che riguarda appunto Torino nel secolo xv; spero più tardi poter aggiungere qualche cos' altro pel Cinquecento ed oltre (1).

(1) Per non moltiplicare le citazioni, avverto una volta per tutte che le notizie qui raccolte sono interamente desunte dalla categoria *Ordinati* di detto archivio.